




43885



268





Ad Exequias  
 Politissimi & Literatissimi  
**T O B I Æ** *W*huell/

*Qui*

In ipso ætatis flore Studiorumq;  
 cursu pridie solstitii æstivi

*Immaturâ morte peremptus solstitium  
 vitæ habuit,*

Cives suos invitat

**RECTOR ET SENATUS**

Academiæ Regiomontanæ.




---

REGIOMONTI  
 Typi JOHANNIS REUSNERI  
 Anno M. DC. XLIV.



38

Ad Expediatis  
Politicis & Literariis

T O B I A E

In ipse etatis flore studiorumque  
curam prae se solliciti

Amantibus more perspicue solliciti  
sunt habere

Cives suos invitat

R E C T O R E T S E N A T U S


Academiae Regionum



REGIOMONTI  
TYP. JOHANNIS REINERTI  
Anno M. DC. XLIV.





  
**S**I Plutarcho credimus, Oracu-  
lum Apollinis, cum aliquando cælum  
pestilens Romam, caput Urbium in-  
festaret, consultum responditi finem  
mali fore, si Saturni iram placassent & genios in-  
juste occisorum. Itaq; Saturno templum pro-  
pe Tarpejum montem extructum, araq; colloca-  
ta fuit, quæ quatuor habebat facies, vel ut quatu-  
or mundi cardines respiceret, vel quatuor anni  
partes denotaret, & innueret omni loco & tem-  
pore DEI iram placandam esse. Hæc dum le-  
gimus & perpendimus, quotusquisq; est qui non  
videat hæc, quoq; in nostra cadere tempora? Nã  
etsi, quod benè vertat, hic agamus, seculò felici-  
ter elapsò, Academia nostræ Jubileus est: non  
desunt tamen mala & tristes mortalitatis casus,  
qui veluti nubila quædam, juba & gaudia nostra  
fædant, & gemitibus interpolant, quibus ira DEI  
ob injustè occisorum corpora maximè placanda  
est. Non ita pridem est, ex quo Musæ nostræ  
luxerunt Alumnum suum, qui tristi fato ipsas  
Musarum aras & sacraria sanguine suo temera-  
verat, cujus cædis autor hominum manus qui-  
dem



dem effugit; sed nunquam seipsum, animumq; sceleris Conscium, vindicemq; DEUM effugere poterit. Recens adhuc & ante oculos nostros positum funus est, quod sanguine suo adhuc squalet, & DEI iram, pœnasq; in nos exasperat. Quis enim nostrum non novit Juvenem Politissimum & Doctissimum TOBIAM Psuelen / cuius sanguis fusus, in cœlum clamat, & vindictam poscit. Hujus quia funus hodie curamus, de patria, genere, vitæ curriculo, & morte ejus non nihil memorandum est. Quod patriam ejus attinet, fuit ille ex Grotclemptnoviensibus Pomeranus, ubi honestissimis Parentibus in hanc lucem editus est. Pater ipsius fuit Vir Reverendus & Doctissimus TOBIAS Psuel / de Ecclesia Grotclemptnoviensium benè meritus Pastor; mater verò Pudicissima & sequioris sexus virtutibus ornatisima matrona AGNES RICHENOVIA, uterq; in vivis esse jam desit. Hi parentes natum hunc, simul atq; hanc vider lucem, sacri baptismatis fonte abluendum curaverunt, operamq; dederunt, ut subsequenti tempore unâ cum lacte maternô pietatem imberet, & grandiusculus in domo paternâ prima literarum tyrocinia faceret. Postquam adultior factus est, & elegantis ingenij igniculi, in eo

m 6  
s A  
appa-



apparerent', missus est Sterinum, ut scholam Op-  
pidanam ibidem frequentaret sub informatione  
Viri Clarissimi M. Johannis Micrælij, Scholæ  
tum temporis trivialis; nunc verò Illustris Pæ-  
dagogii, quod ibidem est, Rectoris meritissimi,  
ubi literis non tantum operam sedulò navavit;  
sed etiam erga Dominos Præceptores talem se  
exhibuit, qualem esse decet frugi discipulum.  
Ubi sub his studiorum moderatoribus usq; ad  
ætatis suæ annum vigesimum secundum in hu-  
manioribus literis non pœnitendos profectus fe-  
cit, tandem ex consilio suorum ad Academias,  
veluti ad Uberiorem & locupletiozem studio-  
rum, artiumq; mercatum mittitur. Regio-  
montum itaq; Anno 1636. accessit, ubi annos octo  
plus minus ita vixit, ut nihilominus interea tem-  
poris alias Academias, utpote Francofurtanam  
ad Viadrum, Gryphiswaldensem, & Rostochien-  
sem lustraverit & visitaverit. Quod præterea  
vitam ejus concernit, labe quidem suâ non ca-  
ruit, quod & ipse non immemor humanæ imbe-  
cillitatis agnovit: Sed nos hîc ad sepulchrum  
ejus stamus, non ut nævos ejus carpamus, quos  
vel quilibet in seipso inveniet; sed ut glebâ ori  
ejus injectâ levem ipsi precemur terram, & hu-  
mô Contegamus, quicquid humanum fuit. Ipse,



si loqui posset, ita ex sepulchro nos alloqueretur.  
**ME INTUENS PIUS ET MEMOR  
ESTO FRAGILITATIS HUMANÆ.**  
Postremum quod mortem ejus attinet, non po-  
test vobis Cives Academici, ignotum esse, quo  
fatō occubuerit, dum in malè ferrati hominis  
manus incidit, qui hostiliter ipsum hora 2. no-  
ctis, quæ excepit 4. Dominicam Trinitatis, ador-  
tus est, & ad conferendas manus invitum adegit.  
Et licet periculum devitare & pugnam detrecta-  
re libenter voluerit, obsecrando ut sibi & illi  
parceret; tamen coactus fuit, jure inculpatæ tu-  
tulæ, ut in loco asyli, se defendere. Quod  
non tantum ipse defunctus in agone mortis se ita  
habere affirmavit, ubi omnis mendacii suspicio  
longè abest; sed etiam alii hoc testantur, fidem  
suam vel jurejurando adstringere parati. Itaque  
dum non tam offendendo, quàm defendendo pu-  
gnat, diversis vulneribus partim in Hepate, par-  
tim in pulmone, & Vesica dorsum versus acce-  
ptis, domum reducit. Ubi, cum sentiret su-  
premam horam sibi instare, fatiisque conceden-  
dum esse imprimis animæ curam gerens, sacro  
viatico Corporis & sanguinis JESU CHRISTI, ser-  
vatoris sui, se munavit, adeoque vitæ antea actæ seri-

am



am pœnitentiam egit. Non tantum illi, cujus  
manu periit, culpæ veniam dedit, omnemq; illa-  
tam injuriam & animo condonavit, & remisit;  
sed & quos ipse offenderat, veniam poposcit.  
Non dubium est quin DEUS, apud quem seria  
pœnitentia nunquam sera est, ipsi delicta ignove-  
rit, qui prius proximo condonaverat. Quam-  
vis Medici & Chirurgi studium & opera ipsi sa-  
nando non defuerit; tamen multitudo & diver-  
sitas vulnerum periculorum Medicinæ & Chi-  
rurgiæ operam eluserunt, tantisper dum tertio  
post die, qui erat 22 Junij, pie obdormivit ætatis  
suæ anno, qui erat supra unum mensem, duas se-  
ptimanas & quatuor dies, trigessimus, interemptus  
& vitâ privatus ab eo, cujus vitæ ipse pepercerat.  
Hic fuit exitus vestri Commilitonis qui tam inopi-  
nato fato periit in ipso juventutis flore, ubi

Prata suo vere decentia,

Æstatis calidæ dispoliat vapor,


Sævitur solstitio cum medius dies,

Et noctem brevibus præcipitat rotis.

Nostrum erit, Cives Academici, non Saturno  
gentilium Deastro, templum condere; sed su-  
premo numini aram in pectoribus nostris con-  
junctis animarum votis exstruere; Deumq; omni  
loco



loco & tempore precibus nostris mitigare, ne  
iræ adversus nos indulgere, sed mala omnia à no-  
bis avertere clementissimè velit. Quod su-  
perest Cives, quoniam hodiè funus ejus curabi-  
tur efferendum hora 12. ex ædiebus Thomæ **Sto-**  
**verts** / Pharmacopolæ in suburbio Rosgartenfi,  
monemus vos, ut frequentes exequias ire  
velitis. P P. 1644. die 26. Ju-  
nij.



Et noctem precibus præcipitæ tollis.  
Nostrum erit, Cives Academicæ, non tamno  
gentilium Desiderio, templum condere; sed lu-  
preno numini erant in pectoribus nostris con-  
junctis animarum vos extrahere; Demum; omni  
loco



Nr 332

ULB Halle

3

001 594 656



TA → OL




Retro: Stk. 39 - 42 unvollst.,  
nicht in PICA

V077









as  
eratisimi  
E. Whuell/

studiorumq;  
tii æstivi  
eus solstitium

vitat  
SENATVS  
montanæ.



TI  
REUSNERI  
KLIV.